UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Martini Bonacinæ Vtrivsqve Signatvræ Referendarii Compendium Omnium Operum de Theologia Morali, omnibusque conscientiæ nodis

Bonacina, Martino

Coloniæ Agrippinæ

Torneamentum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41152

Visual Library

Quod ſi) Nav. *l.c.n.* 172. Covar. *l.c.* ſi ſine arte magica inventus ſit, nam ita inventus, eſt fiſci, poſt ſententiam, Arrag. q.66. *art.* 5 Nav. 171. vid. Mol. *l.c. coronam. p.* 2 *c.* 1. *in fin.* Lopez *de contract. l.* 1. *c.* 50. *Et ſi ager*) Vio Coron. *l.c.n.* 21.

Licite emis domum, ubi ſcis eſſe theſaurum, nec ideò debes augere ejus pretium. Nav *l.c.n.* 175. D. Thom. *l.c.* Sal. *l.c. concl.* 5. Mol *d.* 56 Sot. Med *l.c.* Quidam contra ſentiunt, v. Tolet, *l.* 5. *c.* 18. P N *l.* 3 *c.* 2. *nu* 61. priorem ſententiam dubiam, quam ſequitur Arragon. *q.* 66. *art.* 1.

ADDITIO.

Torneamentum.

Mortuus in torneamento, vel haſtiludio, quo venerat cauſa pugnandi, etiamſi pœniteat, privatur Eccleſiaſtica ſepultura, ſi tamen erant illicita, nam cum ſic fiunt, ut non ſit probabile mortis periculum, licet. Vid. Mol *d.* 111. *de torn.* §. 1. Syl. *verſ. torneamentum. Liceat.*) Mol. *l.c.* Nav. *cap.* 15. *n* 9. Victor, *relect. de homic. n.* 32.

ADDITIO.

Tortura.

Torqueri non poteſt minor quatuordecim annis, nec gravida, nec qui eſt in dignitate, aut nobilis, aut Doctor.

Ad torquendum reum per viam accuſationis requiritur ſemiplena probatio, vel clara indicia legitime probata, per viam inquiſitionis, clamoroſa inſinuatio per teſtes legitime probata. Salon, *quaeſt.* 69. *art.* 2. *controv* 9. *concl.* 1.

ADDITIO.

Tranſactio.

Non poteſt prælatus tranſigere in cauſis Eccleſiæ, ſinè Capituli conſenſu. Sylv. *eod. verſ. col* 1.

AD-